



620

Lib. V. Caput. VIII

forma spiritum constituunt. E. spiritus non datur qui ex materia & forma constet.

III. Cujus omnes causae bonae sunt, id ipsum est bonum, e. g. sutor artis sutoria probe est peritus, nec in corio aliisq. requisitis quidquam desideratur. E. bonus est calcens.

IV. Cujus causa mala est, id ipsum est malum, e. g. ligna, ex quibus domus extruitur, putrida sunt. E. nec domus alicujus pretii est.

V. Causa notior est effectu, scilicet natura e. g. natura notior est interpositio terra inter solem & lunam ipsa eclipsi lunari.

VI. Causa prior est causato, si non tempore saltem natura, e. g. sol radiis prior est, ligna & lapides domo.

VII. Causa causae est etiam causa causati e. g. termini in syllogismo constituunt propositiones, quae sunt materia syllogismi sunt igitur causa ipsius quoque syllogismi; qui hortatur alium, ut producat patriam, is quoque est causa causati, nempe productionis.

VIII. propter quod unum quodque est tale, illud magis est tale: e. g. luna est lucida propter solem. E. sol est magis lucidus.

IX. Nihil est causa sui ipsius, effect enim seipso prius & posterius

33. Ex loco causae efficientis peti possunt seqq. argum.

i. posita